

## **Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de  
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non  
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Art. II. A qua virtute procedat gaudium seu delectatio, quâ Beati de Deo  
clarè viso, ut bono sibi proprio delectantur?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78232)

## DISPV TATIO QVARTA

62

quantum ad exercitium: Ergo nec amor patriæ. A fidem autem non ita convincitur; & id est idem objectum ab utroque lumine proponatur, proponitur tamen veluti sub diversa ratione.

Obiectio tertio: Habitibus utimur cum voluntatis: Ergo etiam Beati utuntur habitu charitatis, & ejus actum exercent, quando volunt, & per consequens non diligunt necessarium Deum quoad exercitium.

Respondeo secundò, concessò Majori & Minori, negando Consequentiam: necessitas enim charitatis in patria non oritur ex ejus specie, neque ex ipsis intentione, sed ex eo quod regulatur per lumen gloriae, & visionem beatam, quæ Deum ut summum bonum necessarium diligendum proponunt.

Dices: Per fidem Deus proponitur voluntati viatoris, ut summum & infinitum bonum, & tamen amor per illam regulatus est liber: Ergo quamvis in patria per lumen gloriae, & claram visionem proponatur ut summum & infinitum bonum, amor tamen per illam regulatus erit liber.

Confirmatur: Diversitas approximationis & applicationis passi ad agens, non inducit necessitatem, sed solum intentionem actionis, ut patet in diversa approximatione calefactibilis ad calefactivum: Sed clara Dei visio non representat diversam bonitatem, sed solum eandem melius applicat, & magis conjungit voluntati, quam fides & cognitio obscura: Ergo non inducit necessitatem amoris, sed solum maiorem intentionem illius.

Ad objectionem respondeo primò, concessò Antecedente, negando Consequentiam: nam eti utrumque lumen Deum ut summum bonum representet, unum tamen illum representat clarè, & ut est in se; alterum vero obscurè, & per alienas species tale bonum proponit: unde sicut intellectus à vero, primo non autem secundo modo proposito, convincitur, ita & voluntas solum à summo bono clarè cognito necessitatibus.

Respondeo secundò, quod perseverante iudicio, quod in via judicamus Deum esse summum diligendum, & non stante alio contrariò, voluntas necessariò diligit; talis tamen dilectio est absolute libera, quia tale iudicium subjetat protestatio nostræ, tum ratione obscuritatis fidei, quæ non plenè convincit & captivat intellectum; tum ratione fatigationis, quæ interdum fastidium causat in nobis; tum etiam ratione impedimenti quod præstat prædictus amor; impedit enim ne homo ad alia objecta, vel ad alios actus se applicet, in quibus potest maiorem rationem boni apprehendere: nihil autem horum in clara Dei visione potest contingere; & ideo amor per illam regulatus omnino necessarius est.

Ad confirmationem respondeo primò, veram esse Majorem, quando in agente solum inventitur unus modus operandi, sicut vero quando multiplex reperitur; tunc enim ex diversa approximatione & applicatione objectum potest nasci necessitas: in voluntate autem duplex modus agendi inventitur, naturæ scilicet & libertatis, ut supra vidiimus.

Respondeo secundò, datâ Majori, negando Minorem: nam visio clara non solum approximat idem objectum, sed ob sui claritatem & evidentiam adeò intellectum convincit, ut nec in illo aliquam rationem mali, nec in ejus amore aliquam rationem fastidii inventire possit: per

idem objectum ab utroque lumine proponatur, proponitur tamen veluti sub diversa ratione.

Obiectio tertio: Habitibus utimur cum voluntatis: Ergo etiam Beati utuntur habitu charitatis, & ejus actum exercent, quando volunt, & per consequens non diligunt necessarium Deum quoad exercitium.

Respondeo conceitto Antecedente, negando Consequentiam: licet enim voluntas affecta & elevata habitu charitatis, utatur habitu illo cum vult, quando regulatur iudicio indifferenti, quod est principium & origo libertatis: non tamen utitur illo cum vult, sed necessario rapturatur in actum ejus, quando habitus ipse & voluntas subjiciuntur dictamin necessario, & iudicio non indifferenti, ut contingit in patria.

Dices: Beati possunt in carentia seu cessatione amoris beatifici aliquam rationem boni apprehendere, nempe exercitum libertatis: Ergo talis amor non regulatur dictamine necessario.

Respondeo negando Antecedens: libertas enim exerceri non potest circa bonum universale & infinitum clarè cognitum, ut à beatis cognoscitur, sed solum circa creaturas & bona particularia & limitata, quæ cum illo necessariam connexionem non habent: Sicut intellectus facultatem discurrendi & ratiocinandi circa prima principia exercere non potest, sed solum circa conclusiones quæ in illis virtualiter continentur.

### ARTICULUS II.

*Aqua virtute procedat gaudium seu delectatio, quæ Beati de Deo clara est visio, ut bono sibi proprio delectantur?*

D Uplex in Beatis reperitur delectatio spiritualis: una quæ provenit ab amore amicitia, quæ gaudent de bono divino in se considerato; de quo gaudio intelligitur illud Apocal. 19. *Quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens, gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: alia quæ oritur ex amore concupiscentia, & quæ gaudent de Deo, & bonis ipsis ut participatis, & ad ipsorum felicitatem contributibus: de quo gaudio loquitur Prophetæ Psal. 55. cùm ait: Adimplebit me latitia cum vita tuo; delectationes in dextera tua usque in finem. Prima elicitor à charitate, tanquam actus secundarius ejus: quia ut docet D. Thomas 2.2. quæst. 28. per totam, gaudere de bono amici, est actus & fructus amicitia & charitatis. Unde solum difficultas est de secunda, quæ cum ad amorem concupiscentia pertineat, non videtur posse à charitate, quæ est amor amicitia, procedere. Quare Suarez hic dis. 9. sezione 3. num. 1. & 3. p. quæst. 7. art. 4. docet eam elicere ab habitu spei, quem dicit remanere in patria, & suisse in Christo; quamvis ab instanti conceptionis fuerit beatus & comprehensus, videreturque divinam essentiam.*

§. II.

*Vera sententia statuitur.*

D Ico tamen: Delectatio quæ Beati de Deo, ut bono sibi proprio eos beatificante, delectantur, quæ ad amorem concupiscentia pertinet.

net, non à virtute spei, sed ab habitu charitatis elicetur.

Probatur prima pars, destruendo fundamen-  
tum Suarez: Spes non remanet in patria: Ergo  
talis delectatio in Beatis non elicetur à virtute  
spei. Consequentia patet, Antecedens probatur  
primo auctoritate & ratione D. Thomæ infra  
quæst. 67. art. 4. ubi inquit, *Vixit spes maneat*  
*p[ro]morte in f[ac]t[u] gloria?* Et respondet non ma-  
nere, idque probat in hunc modum. Motus cef-  
sar obtemperando termino: Sed spes se habet per mo-  
dum mortis tendentis ad beatitudinem &  
claram Dei visionem: Ergo illa obtenta perit.  
Quam rationem etiam insinuat Apostolus ad  
Romans 8. dum ait: *Spes qua videtur non est spes;*  
*nam quod videt quis quid sperat?*

Secundum probatur idem. Antecedens alia ra-  
tione, quam adducit idem S. Doctor 2. 2. quæst.  
i. art. 2. Subtracto eō quod dat speciem, solvi-  
tur species: Sed in patria non subsistit id quod  
dat speciem virtuti spei, actus scilicet sperandi  
eternam beatitudinem, ut diuino auxiliō ob-  
tinendā; cum in patria habeatur ip[s]a beatitu-  
dine: Ergo in patria non remanet spes. Eadem ra-  
tione probat 3. p. quæst. 7. art. 4. spem non fuisse  
in Christo, qui fuit ab instanti conceptionis  
beatus.

Respondet Suarez, virtutem spei in via qua-  
tor actus habere, scilicet amorem concupiscentiæ,  
quod Deum ut bonum sibi proprium diligit,  
desiderium quod eodem modo Deum sibi  
exoptat, expectationem eternam beatitudinis ut  
diuino auxiliō obtinendā, & denique delecta-  
tionem de talib[us]: ex quibus actibus, inquit,  
secundus & tertius, scilicet desiderium & ex-  
pectatio, cum sint de bono non habito, re-  
pugnant statui beatitudinis, & non manent in  
patria, bono jam obtentio; bene tamen ali duo,  
nempe amor concupiscentiæ, & delectatio, cum  
illino repugnent statui beatitudinis: unde ad  
illos eliciendos debet habitus spei remanere in  
patria.

Sed contraria: Licet habitus spei illos actus or-  
dine quodam eliciat, non tamen specificatur ab  
omnibus; sed tantum ab uno primario & prin-  
cipali, scilicet ab actu sperandi; sicut genera-  
tio, licet producat essentiam & passiones, tamen  
solum specificatur ab essentia, secundario vero  
respicit passiones mediā essentiā: Sed actus spe-  
randi destruitur obtenta beatitudine, ut fate-  
tur Suarez: Ergo illa obtenta tollitur speci-  
ficativum habitus spei, & consequenter ipse ha-  
bitus.

Respondet Suarez, habitum spei non respi-  
cere primariū & essentiale actum sperandi,  
sed actum amoris concupiscentiæ, quod quis  
Deum ut bonum sibi proprium diligit.

Sed h[oc] soluio aperte continet doctrinam  
falsam, & à communi Theologorum sensu pe-  
nitus alienam: Virtus enim denominatur à prin-  
cipali actu quem elicit: Atqui secunda virtus  
Theologica, ab omnibus spes appellatur: Ergo  
principius eius actus est actus sperandi, non ve-  
ro amor concupiscentiæ, quod quis Deum ut bo-  
num sibi proprium diligit.

Addo quod spes, quae est virtus, responderet  
spei, que est passio: Sed actus principialis spei,  
que est passio, non est bonum sibi proprium &  
conveniens concupiscere, sed bonum arduum  
possibile sperare: unde non est in appetitu con-  
cupiscibili, sed in irascibili: Ergo pariter pra-

cipius actus virtutis spei non est amor con-  
cupiscentiæ, quod quis Deum ut bonum sibi pro-  
prium diligit, sed actus sperandi, quod expecta-  
tur futura beatitudo.

Secunda pars conclusionis sequitur ex pra-  
cedenti: Cūm enim delectatio de Deo viso in  
patria sit supernaturalis, ut pote recipiens ob-  
jectum supernaturale, non potest procedere à  
sola voluntate, sine concurso alicujus habitus  
supernaturalis, & alicujus virtutis Theologi-  
cae; unde cūm non possit elici à fide, vel à spe,  
qua non remanet in patria, consequens est ut  
eliciatur à charitate,

Neque valet si dicas, illam posse procedere  
à voluntate, solum Dei auxiliō mota & elevata,  
absque ullo habitu supernaturali. Nam licet in  
aliquo casu id contingat, regulariter tamen, &  
juxta suavem Dei dispositionem, per habitum,  
& non solum per auxilia elevantur potentiae ad  
actus supernaturales; & sic debet assignari ali-  
quis habitus concurrens ad delectationem,  
quam Beati de Deo clare viso percipiunt.

Deinde eadem pars h[oc] ratione suaderi po-  
test. Ab eodem habitu elicetur delectatio, à quo  
oritur amor, qui est causa illius: Sed amor con-  
cupiscentiæ, quod Beati Deum ut bonum sibi  
proprium diligunt, procedit à virtute charita-  
tis: Ergo & delectatio qua ad illum conse-  
quatur. Major est certa: tum quia, ut ait D. Tho-  
mas 2. 2. qu. 28. art. 4. idem est habitus, qui inclin-  
at ad diligendum, & ad desiderandum bonum  
dilectum, & ad gaudendum de eo: tum etiam  
quia, ut docet idem S. Doctor in hac part. quæst.  
60. art. 4. actus qui non habent specialem diffi-  
cultatem, non exigunt specialem habitum, sed  
procedunt ab eodem habitu à quo oritur actus  
ille cum quo habent maiorem connexionem:  
Atqui delectatio non habet specialem difficul-  
tatem, & habet maximam connexionem cum  
amore ad quem sequitur: Ergo ab eodem habitu  
elicetur, à quo oritur amor. Minor vero suade-  
tur ex eodem D. Thoma 2. 2. quæst. 2. 5. art. 4. ubi  
docet quod per charitatem non solum Deum &  
proximum, sed etiam nosmetipsos diligimus:  
Ergo amor concupiscentiæ, quod Beati Deum ut  
bonum sibi proprium diligunt, est à virtute  
charitatis. Addo quod, si aliquis Beatus nollet  
sibi beatitudinem, peccaret peccato odii erga  
seipsum: Ergo ex opposito vult sibi beatitudi-  
nem ex charitate.

## §. II.

### Solvuntur objectiones.

O bjetio primò: Amor concupiscentiæ bea-  
titudinis futura, & gaudium subsecutum  
ad illum, non pertinent ad charitatem, sed ad  
spem, juxta illud Apostoli ad Roman. 12. spe  
gaudentes: Ergo etiam in patria amor concupis-  
centiæ, quod Beati Deum ut bonum sibi pro-  
prium diligunt, & delectatio qua ad illum se-  
quitur, à virtute spei, non vero ab habitu chari-  
tatis eliciuntur.

Respondeo concessò Antecedente, negando  
Consequentiam: quia amor concupiscentiæ,  
quod in via appetimus beatitudinem, & de ea  
delectamur, illam respicit sub ratione boni  
ardui futuri, quod est objectum formale spei; in  
patria vero amor quod Beati diligunt beatitudi-  
nem, & delectantur de ea, respicit illum ut bo-  
num præsens & jam obtentum; unde non po-  
test

## DISPVATATIO QVARTA

test elici à spe, quæ est de bono arduo & futuro, & quæ proinde in Beatis non manet; sed solum à charitate, ad quam tanquam ad proximiorem virtutem reducitur, & quæ sola ex virtutibus Theologicis remanet in patria.

**35** Dices: Actus oppositi non possunt procedere ab eodem habitu: Sed amor amicitia & concupiscentia (idem dicendum de delectatione ad utrumque amorem consequente) inter se opponuntur; nam amor amicitia respicit bonum amici, amor vero concupiscentia respicit bonum proprium: Ergo in Beatis non possunt procedere à virtute charitatis.

**36** Respondeo concessa Majori, negando Minorem: Amor enim concupiscentia non semper opponitur charitati, sed interdum illi subordinatur, & se habet ut actus ejus secundarius: nam ut supra ex D. Thoma vidimus, per charitem non solum Deum & proximum, sed etiam nosmetipos diligimus. Neque obstat, quod amor amicitia respiciat bonum amici, amor vero concupiscentia bonum proprium: quia bonum proprium non semper opponitur bono amici, sed interdum illi subordinatur, & cum eo connectitur, ut contingit in Beatis; illorum enim beatitudo, & delectatio quam ex ea percipiunt, non opponuntur Deo & bono ipius, sed illi subordinantur, & ab eo procedunt, cum sint ipsius participatio: unde amor concupiscentia, quod Beati propriam beatitudinem diligunt, subindeque gaudium quod ex tali amore sequitur, à virtute charitatis, ut ejus actus secundarii procedunt.

**37** Objicies secundò: Si actus delectationis in patria non eliciatur à virtute spei, maximè quia talis virtus non manet in patria: Sed falsum est quod spes non remaneat in patria: Ergo actus delectationis in patria, à virtute spei elicuntur. Major patet, Minor probatur. In Beatis remanet donum timoris, juxta illud Job. 26. Columna cali contremiscant, & parent ad nutum ejus: quod de Beatis Angelis explicat D. Gregorius: unde etiam D. Thomas 3. p. qu. 7. art. 6. ponit tale donum in Christo, quamvis ab instanti conceptionis beatus fuerit, juxta illud Isaia 1. 11. Replebit eum spiritus timoris Domini: Ergo etiam spes fuit in Christo, & remanet in Beatis. Probatur Consequentia: nam sicut bonum arduum possibile obtineri, est objectum formale spei, ita malum arduum possibile evitari, est objectum formale timoris: Ergo si hoc non obstante in Christo & in Beatis reperitur donum timoris, etiam virtus spei poterit remanere in patria.

**38** Respondeo concessa Majori, negando Minorem. Ad cuius probationem, concessa Antecedente, nego Consequentiam. Ad probationem illius, distinguo Antecedens. Malum arduum possibile evitari est objectum formale timoris, ut est passio, concedo Antecedens; ut est donum Spiritus sancti, nego Antecedens: objectum enim timoris, ut est donum, est divina maiestas, & excellentia, ut potens infligere aliquod malum, vel privare aliquod boni, unde quamvis in Beatis non sit timor qui est passio, bene tamen timor qui est donum Spiritus sancti. Verum in illis non propterea remanet spes, prout est virtus Theologica: quia in patria, obtentia beatitudine, perit objectum formale illius, ut supra ostendimus. Solutio est D. Thomas 3. p. qu. 7. art. 1. ubi docet in Christo fuisse donum timoris, & fibi primo objectum remanet in patria.

A quod in Christo non fuerit donum timoris: spes enim videtur potius quam timor; num spes objectum est bonum, timoris vero malum: Sed in Christo non sicut in eo donum timoris. Cui argumento sic respondet: Ad primum dicendum quid habitus virtutum & donorum propriæ & per se sunt bonum, malum autem ex consequenti..... & ideo de ratione dani timoris non est illud malum quod respicit timor: sed eminentia illius boni, scilicet divini, cuius potestate aliquid malum infligi potest. Sed spes secundum quid virtus est, respicit non solum autorem boni, sed etiam ipsum bonum, inquantum est non habitat: & ideo Christo, qui jam habebat perfectum beatitudinem suum, non attributur virtus spes, sed donum timoris. Idem cum proportione dicendum est de Beatis.

### ARTICULUS III.

Quodnam sit objectum proximum & immediatum delectationis seu fructus beatifica?

#### §. I.

Quibusdam premisis statu difficultate proponitur.

**N**otandum primò, quod omnis inclinatio, quæ bonum aliquod insequitur, possessione illius quietatur; & quod ex illa possessione resultat terminus quidam, qui in omnibus dictis cessationem motus, in singulis vero ex diversitate inclinationis diversam addit perfectionem, & diversum sortitur nomen. Quando lapis possidet centrum, resultat terminus, quies celicet, quæ præcisè dicit cessationem motus: quando bruta possident bonum apprehensum, resultat delectatio: quando creatura intellectu posseidit suum bonum intellectuale, resultat terminus, qui dicitur gaudium; & hoc quidem perfectius quiete & delectatione, sicut ipsa inclinatio rationalis perfectior est sensuiva; si vero sit possessio ultimi finis, dicitur tristitia. Quizimur ergo quodnam sit objectum proximum & immediatum illius delectationis, quæ ex visione beatifica & confectione ultimi finis oritur, & quæ à Theologis fructus beatifica appellatur? Pro resolutione

Notandum secundò, triplicem posse diffiniri in Beatis fruitionem & delectationem: primam quæ delectantur de bono divino, quatenus bonum Dei est: secundam, quæ delectantur de Deo, ut præsente & habito per visionem: tertiam, quæ delectantur auctu visionis beatifica quam elicunt. Prima ad amorem amicitia spectat, duæ vero posteriores ad amorem concupiscentia. Si ergo loquamur de prima, certum est illam habere pro objecto proximo & immediato ipsum Deum, & visionem solum esse conditionem necessariam requiritam, ut de Deo & bono divino Beati delectentur: habet enim solum rationem cognitionis, cognitionem autem solum est conditio objecti voluntatis, ut docetur in Philosophia. Solum ergo difficultas procedit de secunda & tercia delectatione, quæ ad amorem concupiscentia pertinent.

#### §. II.